

RAIMUNDUS TELLERÍA

VALLIS TRAMONTII,
PRIMUM STADIUM MISSIONARIUM
NASCENTIS INSTITUTI ALFONSIANI, an. 1733

Vallis seu «terra» Tramontii occurrit obvia S. Alfonsi biographis propterea quod, vix tantus missionarius in oppido Scalae metatus est Instituti sui nascentis castra primaeva, ex his prosiluit quasi in stadium agonale, ut inter gentes Tramontii primam excursionem missionariam completeret: unde pro historico hodierno gignitur necessitas inderogabilis praenoscendi huius loci configurationem geographicam, politicam, socialem ac religiosam illius aetatis; eo vel magis, quod S. Alfonsus non solum dictam terram evangelizando peragravit, verum etiam puellarum monialiumve Conservatorium in eadem renovando. His additur occasio S. Fundatori oblata, sed a suis ex-sodalibus arrepta, instaurandi novam domum missionariam. Sit igitur nostrae tractationis schema:

1. - Configuratio geographica, politica, socialis ac religiosa vallis Tramontii an. 1733.
2. - Excursus missionarius per Tramontii paroecias a S. Alfonso peractus.
3. - Conservatorium S. Ioseph in casali Procarae exstans eiusque renovatio spiritualis iuxta S. Alfonsi consilia.
4. - Domus nova a S. Alfonsi ex-sodalibus inaugurata huiusque vicissitudines per quinquennium.

1. - *Configuratio geographica, politica, socialis ac religiosa
Tramontii an. 1733.*

Mare gemmeum, quod annulo 25 klm. iungit sinum Amalphitanum cum portu Salernitano, frangitur saepe saepius contra littus abruptum, scopulosum, erectum sursum versum in montes.

Hac illac tamen anfractus terrae marisque praebent navibus fida perfugia, quorum forse tutissimum adiacet oppido Maiori, 6 klm. ab Amalphia distante et lambito copiosis aquis, quae ex valle Tramontii celeres labuntur. A Maiori namque sumit initium via, quae inter contortas montium fauces, olim arcibus et castellis munitas, superatis 6-7 klm. attingit fimbriam meridionalem vallis praefatae. Vallis inde versus altum conchata procedit ac patet: adeo ut huiusce conchae labium superius, in transitu (*valico*) Chiunzi signatum, referat 686 m. altitudinis, distet vero 7 klm. a fimbria seu labio inferiore, diametrum denique inter conchae latera metiatur 5-6 klm. - Spatium sane orbiculare nullo modo planum, sed collibus plus minusve editis consparsum intersectumque torrentibus; praesertim vero bipertitum clivo centrali, cui insidebat Sanctuarium B.M.V. «la Nuova» sive «del Tramonti» cum adnexo castello: unde fas erat tempestive speculari hostes, puta piratas, ex littore Maioris ascendentes contra casalia Tramontii. Denique tandem maximum conchae orbem circumdant cornua montuosa, quorum cacumina 1.000 m. longe superant et quae plene iustificunt nomen huic terrae appositum, scilicet «Tramonti» seu «inter montes», salvis equitum semitis (*mulattiera*), quibus olim hodieque ex casali Cesarano versus Lettere-Gragnano aut versus Sambuco-Ravello instituitur haud commoda itineratio.

Cardinem geographicum praeponimus non solum quia ipsum pedibus semel atque iterum trivimus, sed praesertim quia plerique historici alfonsiani, ex auditu illum effingentes, opinati sunt terram Tramontii fuisse fere contemptibilem, pecorariis ac lignatoriibus unice aptam. Quod talia opinantes erraverint, liquet ex territorii statuto politico, cuius virtute administrabatur directe a proregibus neapolitanis tanquam «de realengo», id est, sub regia ditione, ideoque coram oculis S. Alfonsi deliberabat Curia civilis delegata, cum praeside seu gubernatore proprio et cum electis consiliariis (1). Numerus namque casalium, ut statim nos docebit archiepiscopus Amalphitanus, censebatur pro toto «demanio» duodecim pagi seu «fractiones», quarum singulae numerabant 200-500 incolas, universae autem insimul circiter 4.000 (2).

(1) Obiectivum vallis Tramontii speculum historicum nobis porrigit Archivum Status Salernitanum, cuius sectio notarilis recondit centum fasciculos (*pacco*) [nn. 6849-6948] seu volumina (interne non raro singula continent plures tomos seu annos), exarata a 38 notariis successive agentibus intra municipii confines. Ad scopum nostrum pervolvimus praesertim notarios DD. Hyacinthum Ferro, Andream Campanile, Andream Santelia, Vitum de Vivo. Postremus iste citat Curiam delegatam: «Regia Corte della Bagliva di Tramonti» (v. 6909, an. 1734, f. 40v), cui de more feudali subiciebantur causae nomine regis iudicandae.

(2) Ex coaevis illius saeculi auctoribus decerpimus: «Tramonti, diocesi d'Amalfi, 103 [abitanti]. Suoi villaggi: 3407» (G. GALANTI, *Descrizione delle Sicilie*, IV, Napoli 1790, 205).

Nomen commune «Tramonti» designabat totam vallem, nullam vero fractionem singulariter sumptam: quare nullum per se caput conchae universae adfigebatur, etsi de facto maior influxus inerat Polvicae et Pocarae propter potiore vim oeconomicam et sociale ac propter faciliorem cum littore viariam communicationem.

Incolae «civitatis» (hoc nomine⁽³⁾) passim venit apud notarios) Tramontii, non secus ac in aliis regni regionibus, distribuebantur suis quisque gradibus socialibus, nobilium nempe, ecclesiasticorum ac popularium. Inter nobiliores familias occurrunt saepe notariis cognomina Baccaro, Sparano, Manzi, Ricca, Barone aliaque pariter honorabilia, quorum negotia aut mercaturae cum littore Amalphitano exercebantur. Ex quo enim Medio Aevo floruit Amalphiae emporium, radices Tramontii egerat illius republicae influxus oeconomicus ac familiaris, postmodum valde imminutus, tempore autem S. Alfonsi vere exiguus⁽⁴⁾. Populi nutrimenta atque opes ex hortis montibusque congerebantur, adeo ut industria lignaria (v.gr. carbones), fructifera, vinaria, pecoraria et lanifera, intra illius aetatis usus ac limites, exportare possent suas quaeque productiones.

Quibus summam expositis, accedimus ad cardinem religiosum utpote nobis viciniorem. Hunc aptius describet nemo quam Rev. mus Petrus Augustinus Scorza, archiepiscopus Amalphitanus, qui die 24 novembris an. 1732 (ergo ipsis diebus ac S. Alfonsus accingebatur ad excursum missionarium) ex officio asserit in sua prima ad S. Congregationem de Concilio Relatione: «Distans a mari ingrediendo terram adsunt duodecim casalia: Pocara, Novella, Gete, Paterno, Polvica, Campinola, Corsano, Capitignano, Cesarano, Pietre, Ponte, Figlino: in casali Paterno duae paro-

«Tramonti... fa di popolazione: 3756» (G.M. ALFANO, *Istorica descrizione del regno di Napoli*, Napoli 1795, 52). Primus auctor innuere videtur exstitisse pagum vocatum Tramonti, de quo apud neminem alium comperimus mentionem.

(3) Titulum civitatis collatum fuisse adserunt a Ferdinando primo, Aragoniae rege, qui sese in hac valle recepit post cladem ei inflictam iuxta civitatem Sarno. A. AMATI, *Dizionario geografico d'Italia*, VIII (s. I. et a.) 50. Adiungit ipse quod incolarum recensio an. 1861 indicavit summam 4758 pro valle universa.

(4) Quoniam urbs Amalphia saepe occurrit in vita S. Alfonsi, qui eandem suis praedicationibus excoluit, ecce verba supra dicti Galanti: «Amalfi presente è una picciolissima città [2776 ab.], sita in un angolo picciolissimo e fra le rocce della costiera... La costiera di Amalfi non produce niente di ciò ch'è necessario alla vita dell'uomo. Salerno la provvede; e quando il mare è burrascoso, vi si corre rischio di perir di fame. Per terra le strade sono impraticabili alle vetture; vi si usa portare le persone con sedie sulle spalle de' facchini». *L. cit.*, 226. - Extra rem, ex adverso, cl. De Meulemeester: «Le voyage en voiture tout en étant généralement en usage dans la contrée d'Amalfi» (*Origines de la Cong. du T. S. Rédeupleur*, Louvain 1953, 138).

chiaie, in reliquis una; hi parochi conficiunt archipresbyterum tanquam caput et in functionibus ecclesiasticis omnes simul coadunantur cum eorum insignibus; casalia unam terram efficiunt, vulgo dictam *Tramonti*, quia forsitan intra montes continentur. Confraternitates et ecclesiae multae a laicis gubernatae adsunt, quorum intuitu non parum vexor. Insuper adest conventus Patrum Minorum S. Francisci de observantia in numero opportuno, necnon Conservatorium mulierum sub titulo S. Iosephi sub regia protectione» (5).

Ex his verbis pauca sublineare liceat (6). Ecclesiae seu publicae cappellae, quae a laicis gubernari dicuntur, olim erectae erant iure patronatus ideoque, iuxta temporum placita, exemptae in plurimis a iurisdictione episcopali: inde vexationes et querelae, praesertim ob reddituum administrationem non raro parum scrupulosam. Quod vero laicorum sodalitia seu confraternitates florent numero, id prae se fert populi et bonam oeconomiam et religiosam indolem: in iis namque, quae hodie apud priscas sacristias supersunt, sodalitatum Regulis vel Statutis percipimus atmospheram profunde christianam, solida pietate enutritam atque optimis moribus roboratam (7).

Ampliori dilucidatione egeret Sodalitium ecclesiasticorum, supra ab archiepiscopo insinuatam, cui erat titulus: «Rev.ma Congregatione dei Preti di Tramonti» (8). Ortum habuisse scribitur an. 1469, forsitan an. 1325. Regulas autem, decem capitulis conflatas, probavit an. 1556 Vicarius Generalis Amalphitanus, confir-

(5) Arch. Vaticano, Concilio, Relationes dioecesium, Amalphitan. Eccl^a, 24 nov. 1732. - Rev. mus Petrus Augustinus Scorza ex Teramensi (Teramo) sede ad Amalphitanam translatus erat anno praecedenti. Ibid., Proc. Consist., an. 1731, v. 117, f. 29-37: Amalphitan. Eccl^a. - Hinc eiusdem et convisitatorum primus ad Tramontium accessus, de quo loquimur in praesenti articulo.

(6) Pondus historicum huius vallis ponitur quoque sub oculos indagatoris, qui salutarit magnificum Curiae Amalphitanae archivum, ubi pro Tramontii periodo 1614-1776 prostant 12 volumina, praeunte indice seu «pandecta» generali 1500 foliis robusta. His adde: «Tramontium. Beneficia. Platea Generale delle Chiese di Tramonti». In initio legitur: «L'arripire e Congregazione de' RR. Parrochi di Tramonti».

(7) Mores christianos conicimus ab an. 1700 et deinceps ex Archivi praedicti testimoniis, quibus annuatim exhibetur «Status animarum» et a parochis comprobatur quod omnes generatim fideles praeepto communionis paschalis quotannis obtemperant, quattuor aut quinque interdum exceptis viris, quos plectit extemplo monitorium pastoris: hic etiam invigilat unionibus illicitis, quae hac illac insidiantur matrimonio.

(8) Arch. Parrocchiale, Polvica. Libro delle Deliberazioni della R.ma Cong.ne dei Preti di Tramonti, 1922-1957. Manuscriptum hoc, etsi epochae recentioris, compendiatim refert Librum seu «Plateam» antiquiorem, cuius folia et notitias transcribit. Ibidem servatur exemplar libri *Manuale della Cong.ne de' Preti della città di Tramonti*, 1841. - Item: *Liber Bapt. parochialis eccl. ae S. ti Ioann. Bae loci Pulvicae civitatis Tramontij*, anno 1749. Ad haec Arch. Parrocchiale, Pocara. Platea Par. lis Eccl. ae S. Erasmi, 1764, f. 83. Narrat quomodo «la R. da Cong. ne de' Preti» casalis Polvicae absorberat, gratia pontificii rescripti, celebrationes mortuorum anniversarias, antehac aliis casalibus proprias.

mavit an. 1593 Rev.mus Archiepiscopus : sed earum scopus respiciebat labores apostolicos horumque stipendia potius quam sodalium vitam spiritualem. In confirmatione an. 1593 praestituebatur : « Non si ammettano Preti non nati in Tramonti ». Item : « La Congregazione si divida in due parti : parte di sopra con fratelli sacerdoti di Paterno, Figlino, Pietre, Cesarano e Capistrano ; parte di basso, quelli di Corsano, Campinola, Ponte, Gete, Pocara e Polvica ». Sedes tamen « centralis » mansit ecclesia S. Mariae « della Nuova », in colle edito sita et castello cincta, ubi soliti erant archipresbyteri assumere possessionem muneris sui ac ubi capitulum celebrabat missas collegiales et anniversarias (9). Haec porro Congregationis vivendi agendive ratio nobis mox explicabit suam oppositionem fundationi ex-sodalium S. Alfonsi.

Florebat quoque Tramontii, prope casale Polvica, conventus S. Francisci Patrum Minorum (10) cum adnexa Tertii Ordinis sodalitate, quorum usus et iura interdum a parochis delata sunt coram tribunali archiepiscopali (11) : generatim vero concordiam in ministeriis atque in communibus solemnitatibus fovere satagebant.

De Conservatio denique S. Ioseph, apud casale Pocarae exstante, seorsim agemus.

(9) Ardua in hoc sanctuarium ascensio placebat minus ecclesiasticis, sicuti coniectamus ex hoc instrumento notarili : « Die 30 maij 1736 Tramonti. A preghiera del sindaco D. Domenico Sparano... ci siamo portati al cortile del monast^o di S. Francesco... : [detto Sig. Sindaco disse] haver inteso che il Clero seu Capitolo non voleva secondo l'antico solito portarsi sopra il castello di S. Maria della Nova per sollemnizzare la festa del Corpus Christi ed accompagnare processionalmente la macchina del Venerabile [*id est*, SS. *Sacramenti*]... Anche in nome di S.M. (che Dio guardi) ci ha ordinato che havessimo fatto intendere in nome della prefata Maestà e dell'Università a d^o Clero seu Capitolo che domani 31 maggio... senza altra dimora si fosse portato sopra d^o castello a sollemnizzare la festa... ». Arch. di Stato, Salerno, Protocolli Notarili, Tramonti, v. 6971 (an. 1729-1736), Not^o Ferro Giacinto, an. 1736, f. 43. Archipresbyter atque ecclesiastici praesentes polliciti sunt se in sanctuarium ascensos esse. Huius sanctuarii stat hodie sacra aedes labefactans ideoque clausa : circum ipsam, in area olim a castello occupata, extenditur totius Tramontii unicum coemeterium, versus coelos quidem serenum, ast incommodum atque impervium incolis ac parochis. Cfr etiam M. CAMERA, *Istoria della costiera e città di Amalfi*, Napoli 1836, 371.

(10) Arch. Curia, Amalfi, Tramontium, Conventus S. Francisci. Nuova Platea del Ven. Convento de' Minori Osservanti, formata il 2 marzo 1725 d'ordine de' Superiori.

(11) Compendiatim transcribimus instrumentum notarile, quia in ipso interveniunt personae haud ignotae S. Alfonso eiusque sociis : « Conventio inter R.dos Patres conventus S. Francisci Tramontii et R.dum Capitulum dictae terrae. Die 19 aprilis 1735 Tramonti. Constituti... il R.do P. Fra Gaetano di Napoli, guardiano del Ven. Convento di Minori Osservanti, Fra Lorenzo di Napoli suo Vicario, Fra Dom. Ant^o di Napoli Lettore... necnon... [*viri gerentes vicem*] della Ven. Cong.ne seu Oratorio del Terz'Ordine di S. Francesco, eretto dentro il convento, da una parte... [E dall'altra] I R.di Parochi D. Gaetano Santelia arciprete, D. Gaetano Cardamono, D. Gio. Francese, D. Angelo de Vivo, Procuratori del R.do Capitolo de' Preti di d^a terra di Tramonti ». - Lis ex eo suscitata erat, quod demortuo D. Matthaeo Cavalieri Tertii Ordinis sodali, ac eiusdem cadavere levato a PP. S. Francisci, reclamavit sibi Capitulum ius « di mezza fratanza in carlini diciotto e mezzo », sodales autem non nisi 14 carlinos solvere parati erant. Mediatorem egit Rev.mus archiepiscopus eiusque Vicarius Generalis, ac signata fuit concordia ante notarium. Arch. di Stato, Salerno, 1. cit. (supra, nota 9), 1735, f. 34v.

2. - *Excursus missionarius S. Alfonsi per Tramontii paroecias an. 1733 actus.*

Ipsemet S. Alfonsus manu propria redegit laconicum hoc quasi epinicium post primum missionarium praelium Instituti nascentis :

« Viva Giesù Maria Giuseppe e Teresa.

Missioni fatte da' PP. del SS.mo Salv[ato]re sin dal 1732 alli 9 de gbre, nel quale giorno fu fondata la Cong.ne.

Anno 1733. Tre missioni a Tramonti nel Carnovale. La prima a Campinola con 3 PP. - La 2da alle Prete [*Pietre*] con 4 PP., luogo di più concorso. - La 3^a a Jeta [*Gete*] con 4 PP.: e poi si fecero gli esercizi alle Monache di Pocara » (12).

Omissa huius elenchi continuatione, iuvabit rependere adiuncta temporis, locorum ac personarum, quibus ad felicem exitum perducta est prima haec excursio missionaria. Die igitur nona mensis novembris an. 1732 initium sumpserat sub invocatione ac titulo SS.mi Salvatoris nova Congregatio religiosa in oppido Scalae, quod a valle Tramontii separatur aspero montium iugo, etsi via aërea non nisi 12-15 klm. locus uterque inter se distat. Pro solemnibus Scalensibus inaugurandi Instituti circumcinctus noscitur S. Alfonsus sociis tribus sacerdotibus: DD. Ioanne B^a de Donato, Vincentio Mannarini et can.co Petro Romano, necnon viro saeculari D. Vincentio Tosques.

Immediatis post inaugurationem hebdomadibus S. Alfonsi animum ac corpus huc illuc transvexerunt urgentes apostolici labores (13) simulque consultationes cum can.co D. Iulio N. Torni super futura Instituti plasmatione iuridica ac super minaci Apostolicarum Missionum oppositione (*Doc. I*). Iisdem tamen Nativitatis Dominae diebus, quibus haec moliebatur, cogitavit quoque de excursionemissionaria in Tramontium, quippe qui die 20 decembris scripsit ad directorem Rev.mum Falcoia: « Povero D. Vincenzo! [*Mannarini*]. Studia come [un] cane per apparecchiarsi a questa missione di Tramonti, e li farò fare l'Istruzione » (14). Nec minori aestu inhiabat D. Silvester Tosques Christi natalibus festis Scalae sub communi tecto agendis (*Doc. II*).

Socius ergo S. Alfonsi indubius pro excursionemissionaria censendus est D. Vincentius Mannarini, quem postmodum inveniemus gentibus Tramontii familiarem. Tertius adiungitur opera-

(12) AG SAM 3, f. 157.

(13) Cfr *Spic. hist.* 8 (1960) 437.

(14) [A. TANNOIA], *Della Vita del Ven. S. d. D. Alfonso M^a Liguori*, I, Napoli 1798, 85-

rius D. Ioannes B^a de Donato, aetate ceteris provector nec experientiae apostolicae prorsus experts. Quartus denique itineris particeps, de quo in manuscripto fit mentio, manet quadamtenus incertus inter D. Silvestrem Tosques et fratrem coadiutorem Vitum Curzio (15) aut quemdam sacerdotem saecularem fortuito auxiliarium.

Postquam S. Alfonsus se apud archiepiscopum Amalphitanum munivit amplis facultatibus ministerialibus (16), ex modesto hospitio Scalensi profectus est cum sociis ac per Ravellum et Maiori petiit Tramontii vallem, sat probabiliter cano nivium diademate in excelsis redimitam. Hiems namque summa supra Lactarios montes rigebat, etsi missiones istae peractae dicuntur tempore Bacchanalium (*nel Carnovale*); quae kalendarii indicatio accipienda est latiori sensu ea aetate vulgato, quando nempe iam a festo S. Antonii abbatis (17 ianuarii) arridebat genti meridionali anticipatum Bacchanalium spectaculum, reapse illo anno 1733 non plane coronatum nisi die 15 februarii, recurrente dominica Quinquagesimae. Sed in epistolis Rev.mi Falcoiae ad S. Alfonsum palpamus parvum manipulum missionarium, in secunda parte mensis ianuarii tempestive coadunatum, sine mora in aciem descendisse, ita ut die 12 februarii congauderet praefatus Rev.mus Falcoia et de bona S. Alfonsi valetudine et de gloriosa animarum praeda feliciter capta (17).

Certamen porro primum (18) consertum est in oppido *Campi-*

(15) Dubia fere evanescent ex epistola a Rev.mo Falcoia post diem 15 ian. data: « D. Silvestro [Tosques] viene, con mia grande invidia, a ritrovarvi. Sarei venuto ancor io per godere dell'odori delle vostre sante Missioni...: e sarei contentissimo se potessi nettarvi le scarpe ed asciugarvi le camicie... Resto cordialmente abbracciandovi, com'il Sig. D. Giovanni Battista, Sig. D. Vincenzo [Mannarini] e Vito [Curzio] ». - *Analecta* 11 (1932) 120. Reapse efficax D. Silvestri loquela amicos ipsi non paucos Tramontii comparavit. Recte innuit cl. De Meulemeester (*Origines*, I, 124) fratrem coadiutorem Vitum Curzio non nisi operam auxiliarem navasse. Demum haud est improbabile quemdam alium sacerdotem saecularem in his missionibus cooperatorem fuisse.

(16) In primo suo *Codice Spirituali* (f. 57) S. Alfonsus connotavit: « Vescovo di Amalfi: li do vices et voces e lo faccio arc' d'Amalfi, specialmente prima per Tramonti: sempre che voglio ».

(17) « M'aspettavo qualche notizia e del ben' stare e del ben' opera. Ora mi sono rallegtrato del sentirla bene, grazie al Signore, e del gran frutto riportato dalle gloriose fatiche ». *Analecta* 11 (1932) 121.

(18) Ne nimis multiplicemus adnotationes, ecce quemdam ecclesiarum ac piorum locorum Tramontii elenchum ann. 1733-1735, desumptum ex instrumentis notarii Viti de Vivo (Arch. di Stato, Salerno, Prot. Not., Tramonti, v. 6909).

Anno 1733, f. 106. Die 5 maij 1733. Il m.co R.do Sig. D. Gaetano Sant'Elia, parroco della pra.le chiesa di S. Bartolomeo del luogo de Novella di questa regia terra di Tramonti.

Anno 1734, f. 41. Die 17 martij 1734... Gov.re della Ven. chiesa della SS.ma Annunziata del del casale di Figliano.

f. 82. Die 14 maij 1734. Il m.co R.do D. Francesco Cardamono, parroco della pra.le chiesa di S. Angelo di Gete.

nola. Accumbit casale hoc clivis torrentibusque in superiore vallis angulo, primum oppidulum obvium itineranti, qui ex Nuceria Paganorum per transitum (*valico*) Chiunzi descendit versus littus Maiori. Ecclesia paroecialis, S. Ioanni Baptistae dicata, turri fortissima aequae ac decora olim praestantior, prae se fert vestigia priscae splendoris in altaribus ac in linteis depictis, quae duas templi naves ad cultum et devotionem exornant (19), reservata probabiliter tertia navi ad sodalium locale. Si fidem incolis hodiernis adstruimus, sacra aedes S. Alfonso coeva subiit ingentia damna propter incendium aut alluvium: quare lapis prope ianuam nos erudit templum actuale consecratum fuisse an. 1785 a Rev.mo Antonio Puoti, archiepiscopo Amalphitano. Internum eiusdem spatium 500-600 personis oppletur.

Ex templi navi sinistra patet aditus ad Oratorium, quod summo opere delectare debuit S. Alfonso. Agebatur de Pia Congregatione sub SS.mo Nomine Dei erecta an. 1707, cuius Statuta hodie in loco servata obtinuerunt an. 1777 regiam approbationem, praeunte voto favorabili Cappellani Maioris Rev.mi Matthaei Ian. Testa. Intuitu huius approbationis aptatae sunt Regulae, quibus tamen halare perrexit spiritum pietatis ac fraternitatis S. Alfonso missionario valde acceptum: « Quarto: che tutt'i fratelli in ogni domenica debbansi radunare nell'Oratorio per recitare il SS.mo Rosario ed esercitare altre opere pie » (20).

Ab oppido Campinola itineratus est S. Alfonsus 3-4 klm. ac substitit in casali dicto *Pietre*, non procul a Cesarano. Quae locorum vicinitas, etsi callibus fere imperviis incommoda, iuvat ad

f. 89. Die 14 maij 1734. Il m.co R.do Sig. D. Giuseppe Marra, parroco della Ven. chiesa par.le di Sant'Erasmo del casale di Pocara.

f. 153v. Die 15 sept. 1734. D. Andrea d'Amato, parroco della Ven. chiesa di Santa Maria del casale di Cesarano.

f. 193. Die 14 nov. 1734. Oratorio eretto dentro la Ven. chiesa del convento de' Padri Francescani di questa Università di Tramonti.

Anno 1735, f. 39. Die 18 ian. 1735. Il R.do D. Geronimo Pisacane, gov.re della Ven. Confraternita di S. Marco del casale di Gete.

f. 98v. Die 10 martij. Il R.do D. Tomaso Giordano, parroco della Ven. chiesa par.le di Santo Felice di Tenna (Jenna?) del casale delle Pietre.

f. 156. Die 23 iul. 1735. Il R.do D. Nicola Giudice, economo della Ven. chiesa par.le di S. Pietro del casale di Figlino.

(19) Inter linteae depicta eminent: repraesentatio Immaculae Conceptionis B.M.V. iuxta « typum » salernitanum saec. XVI-XVII (in sacristia): item, ad cornu evangelii, alia effigies B.M.V. coloribus expressa, cum divino Infante et cum diversis sanctis, ad cuius pedes exhibetur eques nobilis Tramontii, speciosa « golilla » hispana ornatus.

(20) Arch. Parrocchiale, Campinola. Regole del Regio Assenso sulla fondazione dell'Oratorio sotto il titolo del SS.mo Nome di Dio nel villaggio di Campinola. f. 2: « Regole da osservarsi dai Fratelli e Sorelle dell'Oratorio o pia Congregazione sotto il titolo del SS.mo nome di Dio, eretto e fondato fin dall'anno 1707, accosto, anzi alligato alla parrocchiale chiesa di S. Gio. Battista nel casale di Campinola della città di Tramonti ».

densiorem populi frequentiam a S. Alfonso sublineatam : densitas utique relativa, quia unica ecclesiae paroecialis navis continere aegre poterat ultra 800 adstantes. Dicitum erat templum S. Felici de Tenna atque ex eiusdem libris paroecialibus eruimus praefectum ipsi fuisse ab an. 1719 usque ad 1750 parochum D. Thomam Giordano, habuisse autem mense iulio an. 1732 convisitorem archiepiscopalem Rev.dum Benedictum Gambardella, primicerium metropolitanae Amalphitanae.

Evangelizato casali Pietre, descendit S. Alfonsus versus Polvica : unde acclive montis dorsum superans inchoavit tertiam missionem in oppidulo *Gete*, cui sat proxime adiacet casale Ponte. Vallis angulus magis praeruptus, violentis alluviis submissus : quare an. 1744 corruisse ac disparuisse narratur templum paroeciale, ubi S. Alfonsus missionalia exercitia peregit. Exstant nihilominus libri paroeciales illius aetatis, ex quibus eruimus titulum ecclesiae fuisse « S. Angelum de Getis », id est, S. Michaëlem archangelum (21), eandem rexisse an. 1733 parochum D. Franciscum Cardamone atque ibidem quoque constitisse die 20 iul. an. 1732 supra dictum primicerium convisitorem (22). De aliis argumentis, v.gr. de confraternitatibus, silet archivum paroeciale.

Postmissis exercitiis spiritualibus in monasterio Pocarae, de quibus statim seorsum loquimur, obvia nobis fit consideratio generalis quoad fructus in excursionem apostolica messos, quos si directe ex documentis expressis supputare non valemus, at indirecte licet aequè ponderare ex forti aura populari circum S. Alfonsum afflante. Plebis porro nobiliumque spontaneus aestus coaluit, ut missionarios eorumque ducem apud se retinere vellent, praeoblata ipsis fundatione Instituti nascentis intra confines vallis Tramontii. Certe quidem inter gentes Tramontii haud erant insueti excursus missionarii, praesertim neapolitanae Congregationis Piorum Operariorum, qui an. 1729 evangelizaverant hanc « terram » ac civitates Scalae et Ravelli (23). Sed palpato actuoso S. Alfonsi

(21) Arch. Parrocchiale, Pietre, Liber Matrim. Par.lis Eccl.ae S. Felicis de Tenna, huius terrae Tramonti, amalphitan. Dioec. (1718-1801). S. Felix « de Tenna », loci patronus desideratur apud Bollandistas, magnos et parvos, aut saltem non valuimus illum inter centum homonymos (*Petits Bollandistes*, XVII, Paris 1878, 333-335) identificare.

(22) Arch. Parrocchiale, Gete. Lib. Bapt. 1688-1761, f. 86v. « Anno Domini 1733, die vigesima prima mensis januarij, ego D. Franciscus Cardamone... »; fol. 85v. : « Praesentatus et recognitus fuit coram nobis praesens Liber Baptizatorum in S^a Visitatione. Datum Tramonti hac die XX m.s julij 1732. Benedictus prim. Gambardella, consivit. - Nicolaus can.cus theol. Cairano, convisit ».

(23) Arch. di Stato, Napoli, Monasteri Soppressi. S. Nicola alla Carità, v. 4242, Nota di spese. « In genn^o 1729. Esito di doc. 38: li med.mi si sono consegnati in mano del Superiore delle S.te Missioni fatte nelle città di Scala, Ravello e terra di Tramonti, per doverne

zelo, aègre ferebant Tramontiates illius post missiones profectio-nem. Hinc, si penuria missionariorum praepeditus nequivit ille ex tunc supplicationibus eorum acquiescere, spem foundationis in eorum cordibus aluit, quanquam propositi executionem distulit in tem-pus futurum, connivente et suadente Instituti direttore Rev.mo Falcoia (24). De facto autem in agrum S. Alfonsi manu seminatum subintroierunt illius ex-sodales, sicuti mox videbimus.

3. - *Pocarense S. Ioseph Conservatorium eiusque spiritualis renovatio iuxta S. Alfonsi consilia.*

Quoniam de argumento inedito, etsi minoris mnae, nunc agi-tur, illud ab integro breviter repetimus, praetexendo loci pii or-tum ac vicissitudines. In meridionali namque plaga vallis Tra-montii eminet, acclivo montis lateri praesidens, oppidulum histo-ricum seu casale, cui nomen Pocara. Huius ecclesia paroecialis, S. Erasmo episcopo et martyri dicata, prae se fert tum ex sua ampli-tudine, tum ex altarium et cappellarum ornamento, tum ex priscis funereis inscriptionibus nobilitatem loci eiusque pristinum splen-dorem (25). Iure, ex.gr. patronatus ab immemorabili tempore suf-ficiebantur in paroecia familiae clariores, quales promicant ex co-gnominibus Cito, Rispolo, Conti, Manzo, Patierno, Baccaro, Ricca.

Huic familiae Ricca seu de Ricca adnectitur fundatio con-servatorii, postmodum monasterii Pocarenensis. Enimvero eques D. Franciscus de Ricca, vita pie functus an. 1624, suam cunctam substantiam filiis masculis hereditate legavit: hac tamen lege ut, ipsis quoque morte tandem extinctis, erigeretur Pocarae a fun-damentis conservatorium puellarum (*vergini*): egenarum quidem saltem sex, quibus in perpetuum ex copiosis foundationis redditi-bus subministraretur totum educationis subsidium; ceterarum au-tem puellarum, pio loco advenientium, cura oeconomica demanda-batur propriis familiis, quae necessariam dotem instituere debe-

fare le retroscritte opere [*id est*]: in sussidio de' poveri o in suppellettili di chiesa ». Pro-utroque enim scopo legatum instituerat D. Bernardinus Giovene.

(24) Die 12 februarii ad eum rescripsit Rev.mus Falcoia: « Non sgomenti codesti Si-gnori di Tramonti nè l'assicuri, ma li vada mantenendo fra la speranza che potranno esser serviti, ed il dubbio: poichè vi sono tante le premure preventive, e tanta la penuria di soggetti ». *Analecta* II (1932) 121.

(25) Arch. Parrocchiale, Pocara, Platea par.lis Eccl'ae S. Erasmi Pocariae. Tramonti, 1764. Manuscriptum, in cuius introductione coacervantur notitiae historicae. Ecclesia, sat ampla (1.000 circ. personis excipiendis), longe superat ceteras Tramontii aedes sacras nu-mero, varietate ac splendore cappellarum. Pavimento adhaerent inscriptiones funerae saec. XVI-XVIII: super alias praestat, quae an. 1620 dicatur sororibus S. Mariae sub titulo Com-punctionis, sic incipiens: « Compunctae Matris sic congregat urna sorores/Iunxerat ut vivas caelicus unus amor... »

bant. Conservatorio autem regendo praeficiebantur quattuor sic dicti « gubernatores » laici, seligendi a Rev.do S. Erasmi parochi aut a moderatore (*maestro*) confraternitatis S. Mariae Magdalenae.

Postquam igitur an. 1662 e vita decesserunt universi D. Francisci Ant. de Ricca filii, quorum axis haereditarius supputatus est 7.000 duc., prorex neapolitanus D. Ferdinandus Ioachim Fajardo de Requessens et Zúñiga, marchio « de los Vélez », utpote regiae terrae Tramontii specialiter praepositus, edidit die 15 augusti an. 1676 ex suo palatio solemnem pragmaticam, in qua futuri Conservatorii praestituebatur physionomia iuridica, oeconomica, disciplinaris, immo et spiritualis ac religiosa. Spiritum namque « laicum » Institutionis opus est interpretari iuxta mentem illius aetatis, quae abhorrebat quamlibet manum « mortam » ecclesiasticam in bonorum administratione. Sed vi praedictae pragmaticae Conservatorium non solum fundabatur « titulo et invocatione gloriosi Patriarchae S. Ioseph », verum etiam cingebatur quadam externa ordinatione claustrali, v.gr. puellarum vestitione, Priorissae electione, devotionis exercitiis (*Doc. III*). Attamen si ad haec proregis Statuta animum vertimus, ex his conformari deducimus Collegium seu Convictorium puellarum potius quam religiosam communitatem.

Inter proregis decretum atque effectivam Conservatorii ecclesiaeque aedificationem cessit magnum temporis intervallum. Utriusque enim ingens moles, qualis hodieque cernitur, praeannuntiat arduos in clivo labores ac non leves expensas: utrumque speciatim proclamat aedes monasterialis adhuc solida et vasta, im-pluvio (*cortile*) ac horto iucunda. Ad haec, supervenerant complicationes bellicae et politicae primo saeculi XVIII decennio: quamobrem non nisi restituta pace ditioni neapolitanae, post restaurationem habsburgicam, initium sumpsisse videtur normalis Conservatorii actuositas.

Enimvero ab anno 1715 connotatur « ingressus et vestitio monialium » secundum Acta penes Curiam Amalphitanam hodie deposita (26), modo vocabulum « monialium » intelligatur sensu etiam largiori, illis diebus valde usitato ad significandas quoque puellas feminasve in conservatoriis reclusas, etsi nondum votis religiosis adstrictas (27). Quia ex foundationis clausulis conservatorium Po-

(26) Arch. Curia, Amalfi. - Tramontium. Ingressus, vestitio et professio monialium: 1715-1905. Similiter notarius neapolitanus Nicolaus de Palma loquitur an. 1715 « de Conservatorio erigendo Pocariae in terra Tramonti ». Arch. di Stato, Napoli, Prot. Not., pacco 609, an. 1715, f. 100.

(27) Sub finem an. 1723 connotat regius consiliarius anonymus: « 15 nov. 1723. Proposi un memoriale de' Governatori del Conservo di donzelle sotto il titolo di S. Giuseppe

carensis, utpote regium, fruebatur Neapoli repraesentatione et praesidio delegati specialis seu commissarii, ad hoc munus gerendum vocatus erat D. Mutius di Maio, praeses sectionis (*caporuota*) magnae curiae Vicariae et S. Alfonsi advocati saecularis amicissimus.

Conservatorii transformatio in domum religiosam acta aut saltem tentata fuisse supponitur ante S. Alfonsi sacerdotis interventum. Equidem huius asceterii fama an. 1723-1724 sic Neapoli pervulgata fuerat, ut Ven. Mariae Caelesti Crostarosa proficiscenti ex monasterio carmelitarum Mariglianensi pateret Pocarae aditus ad prosequendam vitam religiosam (28), quam eodem fere tempore, id est, die 6 octobris an. 1724, aliae Tramontii puellae amplecti gestiebant (29). Quae familiae Crostarosa versus hunc pium locum inclinatio et ulterior S. Alfonsi benevolentia trahunt vim maiorem ex eo quod, in transformatione conservatorii Pocarensis, partes primas habuerant filiae S. Teresiae, ex reformatione Ven. Mariae Seraphinae a Capri ortae.

Etenim ab huius reformationis monasterio capite seu SS.mi Salvatoris in insula Capri prodierant «Fundatrices» monasterii Pocarensis, scilicet: Rev.da M. Bonaventura dello Spirito Santo et Rev.da M. Illuminata delle Verità. Annum exactum, quo in Tramontium migrarunt, stabilire nequimus ob relativum documentorum silentium; ex eorum autem modo loquendi conicimus Fundatrices longe praecessisse S. Alfonso in Conservatorio spiritualiter plasmando. Illarum missio praesumebatur per se temporanea, quatenus consiliis atque exemplo transfundere intendebant suas claustrales experientias in nascentem Pocarae communitatem, a qua iuridice et oeconomice manebant seiunctae (*Doc. IV*).

eretto nella Terra di Tramonti sub Regia Giurisdictione per esecuzione del testamento di Fran.co Ant^o Ricca, in cui si domandava un Ministro per Delegato in tutte le cause di d^o Conserv^o: e si disse che trattandosi di luogo pio e di Conserv^o eretto sotto la protezione Regia potea servirsi S.E. destinare un Ministro per delegato del med^o, il quale potesse procedere nelle cause esecutive solamente ». Arch. di Stato, Napoli, Notamenti del Collaterale, v. 131, 15 nov. 1723.

(28) « Mio padre era stato impegnato per noi da certi governatori di un monistero che si dovea fondare in Tramonti... ed essendo questa fondazione vantaggiosa, per essi dovevano andare per fondatrici senza alcun interesse temporale... ». Arch. Postulazione, Autobiografia della Ven. Suor Maria Celeste Crostarosa, f. 62-63.

(29) « Die octobris 6 octobris 1724. Costituiti D. Fran.co Ant^o Baccaro, odierni gov.ri et amministratori del Real Cons^o di S. Giuseppe nel casale di Pocara...; e D. Gio. B^a Aquilante di Napoli...: questi desiderando ponere da educande e poi farle monache due sue nipoti Petronilla e Marianna... promette pagare 50 doc. ogni anno..., e volendo monacarsi e far professione promette 80 dc., cioè 40 per ciascheduna... Praesentibus... ». Arch. di Stato, Salerno, Prot. Not., Tramonti, v. 6919 (an. 1733-1748), Not. Andrea Campanile, an 1724, f. 21.

His in adiunctis ad fulciendum et renovandum devotionis spiritum inseritur multiplex S. Alfonsi interventus. Primus, ni fallimur, adscribendus est anno 1731. Etenim mense februario huius anni Rev.mus Falcoia coram nobis inducit S. Alfonso e Neapoli redeuntem in oras Amalphitanas, ut in Domino confortaret diversa monasteria (30), prae primis — nostra opinione — Pocarense, ubi fervoris subita flamma sic in altum prosiluit, ut puellae sive moniales certatim ab ipso exquirerent poenitentiae instrumenta: quibus ille, probe conscius impetum devotionis temperandum ac regendum esse freno religiosae instructionis, rescripsit extemplo inspiratam epistolam, hucusque parum intelligibilem quia reticebatur nomen monasterii cui destinabantur consilia:

« Che catenelle!, incipit ex abrupto. Che cilizi! Vi mando una buona provista di libri che, meglio delle catenelle, possono aiutarvi a farvi sante ».

Haec librorum generosa elargitio constabat 25 voluminibus selectis (*sono tutti scelti*), quibus sive meditationes communes, sive lectionem ad mensam, sive privatas in cella vigiliis alere ac renovare gestiebat, ut mente prius illuminata aspirarent moniales ad fastigium unionis intimae cum Christo, ex qua manaret radians vitae communis laetitia: « Ho parlato, sequitur S. Alfonso, al P. Sparano (31), che vi ha già concesso la comunione il sabato in onor di Maria Vergine... Amate e ridete: chi ama un Dio così buono non deve ammettere mai pensieri di mestizia nel suo cuore. Onde mai, mai voglio che si lasci la ricreazione per qualunque cosa ». In antecessum, exponens modum legendi ad mensam voce alta et lenta pronuntiatione, commonuerat: « Attente, perchè

(30) Ad ipsum die 24 februarii an. 1731 dedit litteras Rev.mus Falcoia: « Con mio notabile dispiacere ho sentito che s'era infermato in Amalfi... ora, grazie al Signore, sento che stia bene... Spero in Dio benedetto che abbi a fare gran profitto nell'anime di codesti monasteri, ch'an'bisogno di grand'ajuto ». *Analecta* II (1932), 112-113.

(31) Hic P. Sparano, cuius praesentia connotatur quoque in istrumento notarili infra allegando (*Doc. IV*), est argumentum magni ponderis ad identificationem Conservatorii Pocarenensis cum monasterio, cui S. Alfonso destinabat suam epistolam. Minus certa, etsi probabilis, manet identificatio huius P. Sparano cum P. Hieronymo Sparano, ex Piis Operariis, cui non semel negotia S. Alfonsi delata sunt. *Analecta*, I. cit., 167. - *Epistolae Ven. Caes. Sportelli*, Roma 1937, 76, 107. Illum cum laude memorat S. Alfonso in sua *Lettera Apologetica intorno al modo di predicare*, n. 34. - Ceterum familia Sparano excellebat inter potiores gentes vallis Tramontii, prout testantur multiplicia instrumenta notarii D. Hyacinthi Ferro (Arch. di Stato, Salerno, Prot. Not. Tramonti, v. 1917): *Anno 1729*, die 3 jan. Sig. D. Pietro M^a Sparano, anche in nome del Dr. Sr. D. Domenico Sparano suo fratello. - Die 18 junij. M. ci D. Domenico e D. Pietro Sparano. - *Anno 1730*, die 28 jul. Roberta Sparano, figlia del qm. D. Paolo Sparano, ha deliberato menar vita religiosa nel monasterio di Donne nobili della città di Scala. - *Anno 1731*, die 14 jun. - D. Pietro e D. Domenico, tutores di D. Roberta, adversus D. Dom^o Sarriano, duca di Ponti. - *Anno 1732*, die 3 aug. - Emptio pro D. Petro M^a Sparano. - *Anno 1736*, die 30 maij. - « A preghiere del Sig. D. Dom^o Sparano, sindaco e luogotenente di questa terra di Tramonti ».

quando vengo, se non trovo qui fatta l'obbedienza, strillo senz'altro» (32).

Eiusmodi ingenua familiaritas commonstrat quanto animi gaudio ipse, mense martio an. 1733, post missiones supra relatas deverterit ad S. Ioseph monasterium, exercitia spiritualia ibidem moderaturus. Tum sanctimoniales, tum earundem confessarium D. Raphaëlem Rispolo praemonuerat de methodo speciali, cui in meditationibus habendis sese aptare cupiebat coram B.M.V. Icone aut accedente SS.mi Sacramenti expositione. Opimos exercitiorum fructus postvenisse cernimus ex collaboratione, quam suis precibus sanctimoniales deinceps navarunt S. Alfonsi missionibus, necnon ex desiderio quod ipse mense septembri ostendit revertendi Pocaram, ut in via Domini progredientes sorores confirmaret (33).

Idcirco, quo altius radicaretur animis propositum soli Deo serviendi, subscriptum fuit mense octobri eiusdem anni 1733 instrumentum notarile, «ad mentem» S. Alfonsi palam instructum. Praesentibus namque illius cooperatibus P. D. Hieronymo Sparano et D. Raphaële Rispolo confessario, duae monasterii Fundatrices supra memoratae renuntiarunt priori suae adfiliationi monasterio Caprensi ac sponte pollicitae sunt se usque ad mortem permansuras intra claustra Pocarensia, praefinitis utrinque conditionibus paupertatis et submissionis, quibus posthac iacere intendebant: quae sane conditiones magnificant ex una parte ferventem utriusque Fundatricis spiritum, ex alia vero extollunt strictam communitatis Pocarensis observantiam, qualem S. Alfonsus hucusque confoverat et qualem annis sequentibus ipse alere ac perfulcire — etiam a longe — non desiit.

A longe porro, scilicet a Neapoli, a Villa «degli Schiavi», a Iuranis (*Ciorani*) prorogavit S. Alfonsus epistolarum commercium, cuius vestigia deprehendimus hodie in transumptis foliis olim ad archivum generale nostrum remissis (*Doc. V*). Ex his suaviter spirant affectus benevolentiae, mutuae aestimationis, supernaturalis in Christo amicitiae ac, praesertim ex S. Alfonsi parte, plenae fiduciae in precibus sanctimonialium. Procul dubio inter claustrales Pocarenses et zelantem missionarium perstitit

(32) *Lettere di S.A.*, I, 10.

(33) Super his omnibus, cfr. infra *Doc. V*. - Valde probabiliter cuius eiusmodi visitationi tribuendum manet epistolium iam editum, quo indefessus missionarius nuntiat monialibus brevem concionem. *Lettere*, I, 32. - Ceterum exempla claustralis observantiae huius conventus laudat ille atque mox proponit imitanda Fundatrici monasterii apud Saragnanum: «La Regola proibisce la carne: se la potesse stabilire, buono sarebbe, come si pratica nel monastero di Tramonti». *Ibid.*, 77.

deinceps spiritualis communicatio, quatenus id fieri potuit ob locorum distantiam et crescentes S. Alfonsi obligationes apostolicas; silent tamen documenta post hoc primum quinquennium. Equidem Pocarense monasterium, scuto regii commissarii Neapoli tectum (34), florere perrexit: ita ut in ipsum, uti haeredem familiae de Ricca, refunderetur ius patronatus super ecclesia paroeciali S. Erasmi (35).

4. - *Domus PP. SS.mi Sacramenti Tramontii initia eiusque vicissitudines per quinquennium.*

Sicuti supra indicavimus, Tramontii gentes exemplis atque hortationibus missionariorum allectae, exarserunt desiderio revinciendi secum permanentes S. Alfonsum eiusque sodales, praeaperta in illorum beneficium nova Instituti fundatione. Propositum laude dignum, at pro S. Alfonso infecta re diluendum, quandoquidem nondum absoluto missionum cursu coeperunt infortunate serpere inter zelantes Christi operarios quaedam discrepantiae ac plus minusve celatae contentiones, nihil boni praesagientes de futura sociorum collaboratione (36). Quin etiam, collaboratio proxima celeriter evanuit ex quo, post labores Tramontii exantlatos, S. Alfonso Scalam reduci supervenerunt mense martio eiusdem anni 1733 nuntia successiva in peiores partes abeuntia, scilicet: prae primis tarda communicatio can.ci D. Iulii Nic. Torni, die 28 februarii Neapoli signata, qua S. Alfonsus dicebatur expulsus a Missionibus Apostolicis ac in eisdem cappellania privatus, et quidem unanimi sodalium suffragio, nisi praefatae expulsionis necnon privationi obstitisset Em.mus Pignatelli (37), cassam reddens

(34) Supplicationi supra (Nota 27) allegatae annuisse videtur prorex, siquidem post ventennium regi ipsi proponitur novus regius minister: « S[acra] R[eal] M[ae]stà. Signore. Bernardino Baccaro e Biase Caccovo, attuali Gov.ri del Real Conservatorio di S. Giuseppe de' Figliole Vergini di Pocara della Terra di Tramonti... l'espongono come per la morte seguita del fù consigliere D. Antonio Maggiocco, Delegato del sud° Real Cons°: onde è rimasto il med° senza regolamento: per lo che devesi in luogo del med°, eliggersi un'altro consigliere...: pertanto la supplicano di surrogare un'altro che meglio parerà e piacerà a V.M. [propria manu] Io Bernardino Baccaro. - Io Biase Caccovo ». Initio folii exscribitur regium responsum: « Portici a' 4 maggio 1747. Nel Consiglio di Stato S.M. ha destinato il consigliere D. Giuseppe Borgia ». - « Ex[ecuta] do en 8 ». - Arch. di Stato, Napoli, Affari Ecclesiastici, Espedienti di Consiglio, v. III, maggio 1747.

(35) « Ad domum de Ricca successit [in patronatus iure] Regius monasterius [sic] Monialium S. Iosephi de Pocaria uti heres qm. Francisci Antonii et Iosephi Ricca, et per ipsum quattuor Gubernatores dicti monasterii ». Arch. Parrocchiale, Pocara, Platea p.lis eccl.ae S. Erasmi Pocariae, 1764, M.S., Introductio.

(36) *Analecta* II (1932) 121.

(37) Cfr *Spic. hist.* 8 (1960) 437-439. Ex oblivione tunc omisimus can.ci D. Iulii N. Torni epistolam, quam infra inter documenta publicamus.

utramque conclusionem (*Doc. VI*). Item, post duas tresve hebdomadas, litterae die 20 martii Neapoli a D. Silvestro Tosques datae, quibus fallacem modestiam cum ironica obiurgatione commiscens adserebat cunctis Instituti alumnis restitutam posthac fuisse libertatem deligendi supremum Caput ac viam propriam (*Doc. VII*). Demum informatio terminalis Rev. di D. Vincentii Manarini, initio aprilis Neapoli subscripta, cuius effectu schisma primitus latens erumpebat foras atque a S. Alfonsi societate recedebant tres priores sodales, nempe D. Ioannes B. de Donato, D. Vincentius Mannarini et D. Silvester Tosques (*Doc. VIII*).

Impraesentiarum nostra interest potissimum hos transfugas comitari, proficiscentes versus vallem Tramontii. Reipsa sibi in proprium assumpserunt, ne dicamus rapuerunt, bona ordinis moralis atque spiritualis, quae ad S. Alfonso potiore iure spectabant. Novam equidem societatem religiosam serius nuncuparunt ipsi Congregationem SS. mi Sacramenti (vulgo *Sacramentini*) propterea quod olim Scalae contigerant manifestationes eucharisticae prodigiosae, quibus sanctificata fuerant cunabula Instituti alfonsiani nascentis (38). Insuper, pro novae societatis palaestra atque ambitu, converterunt oculos ad terram Tramontii, ubi S. Alfonsi sudores apostolici atque eximiae virtutes fecerant sementem, quam metere nemini licebat contra illius voluntatem: idcirco primum Rev. mi Falcoiae consilium S. Alfonso insinuatum in eo fuit, ut sese anticiparet suis ex-sodalibus in via Tramontii; secundum vero consilium, ut coram Tramontii viris insignioribus sese profiteretur seiunctum alienumque a nova societate atque ab eiusdem membris (39).

De eiusmodi membris non nisi tres praecitato fundatores cognoscimus, quibus addendi veniunt D. Ioannis B. de Donato sodales, in civitate Theani morantes atque ab illo ad Tramontium invitati (40). Enimvero, prouti in alia communicatione narrabimus, Rev. dus hic de Donato Scalam ex Theano venerat, impulsus spe

(38) Cfr *Spic. hist.* I (1953) 67-82. Quod ex his apparitionibus Congregatio mutuata fuerit titulum atque stemma affirmavit episcopus Theanensis in sua Relatione ad S. Congregationem de Concilio an. 1753 opportuno tempore publicanda. De facto mensibus aestivis an. 1735 adoptaverant hanc nominationem in familiae religiosae vexillum: « Già comparisce, ait P. Sportelli die 20 augusti, la Congregazione del Sacramento Signore ». *Epistolae Ven. Caes. Sportelli*, Roma 1937, 23.

(39) Die 6 aprilis S. Alfonso communicabat Rev. mus Falcoia: « L'esser voi stato lasciato da quei Signori P'abbi a grazia duplicata: già semo sciolti dall'impedimento che quelli portavano all'Opera... Se li viene in acconcio, può fare in qualche maniera capaci quei Signori Tramontesi, ch'il Sig. D. Silvestro e compagni fanno altra comitiva ». *Aanalecta* II (1932) 165.

(40) Cfr infra *Doc. VIII*.

secreta sibi suaeque societati incorporandi S. Alfonsum potius quam sincera voluntate sese subiciendi auctoritati S. Alfonsi et Rev.mi Falcoiae. Ex opposito, quoniam ipsi Rev.do de Donato ob aetatem et experientiam praestantiori fuit mox commissum regimen communitatis, idcirco adnitetur D. Vincentius Mannarini ut quasi ex obedientia Superiori deferenda S. Alfonsus hunc et socios refugientes insequatur (*Doc. VIII*). Verum enimvero schisma iam ab initio virtuale (41), factum est post quinque menses formale ac publicum, animos sinistre circumquaque adflante et venenante D. Silvestro Tosques, cuius bucca loquax polliceri haud erubuit montes ac maria iis, qui secum in Tramontium recederent (42).

Attamen non multo post ipse Tosques fuit primus qui, nedum staret promissis, ab his graduatim descendit, fortasse punctus ex eventibus familiaribus atque politicis. Etenim ante mensem iulium eiusdem anni 1733 obiit Vindobonae illius frater natu maior D. Franciscus, cuius hereditatem D. Silvester adire properavit ad Danubii oras: sic tamen, ut in ipso expergisceretur prisca telonarii publici vocatio, cuius stimulo exposuit imperatori mense octobri eiusdem anni methodum efficaciorum ad quaedam vectigalia (*tratte*) Neapoli fructuosius exigenda. Hinc creatus est consiliarius, immo et commissionis vectigalium praeses mensibus martio-aprili an. 1734: iisdem scilicet, quibus regni neapolitani potitus est Carolus Borbone, depulsa dynastia habsburgica, cui pro sua suaeque familiae traditione ligatus erat Tosques. Hunc, qua ab annis fruebatur amicitia familiae Orsini, comperimus mense octobri an. 1735 itinerantem ex Alma Urbe versus Capuam, ut — iussu Clementis XII atque ab eodem commendatus Nuntio neapolitano — tractaret negotia quaedam reservata cum archiepiscopo capuano Rev.mo Mondillo Orsini, nepote defuncti Pontificis Benedicti XIII. His commutationibus ultra citraque neapolitanos confines usus est Tosques in beneficium ex-sodalium Tramontii laborantium (43). Dixi-

(41) Iam ab aestate an. 1732, id est, ante quam D. Ioannes B. de Donato ex Theano Scalani migraret sese cooptaturus militiae alfonsianae, intentiones illius suspectae visae sunt Rev.mo Falcoia: « Mi piacerebbe ch'il Sig. D. Gio. Battista Donato di Teano venisse in Napoli, acciò con la vostra [S. Alfonsi] destrezza da lui cavar il netto... del fine, perchè quell'ottimo sacerdote vuole lasciar quella sua Congregazione, che pure fa del bene, e fare questo passaggio. Io ho qualche motivo da sospettare possi esservi qualche cosa nascosta ». *Analecta* II (1932) 116. Celabat namque suam cordis ligaturam regulis Theanensibus. « Conserva, ait S. Alfonsus, l'affetto alle sue Regole antiche... e vorrebbe introdurre, in somma, fra noi le Regole sue ». *Lettere di S.A.*, I, 24.

(42) « Il Sig. D. Silvestro fa delle proferte, che lui vuol fabricare e casa e chiesa ». *Analecta* II (1932) 167.

(43) Ad primam D. Silvestri Tosques profectionem versus Vindobonam spectant valde probabiliter cautelae Rev.mi Falcoia, qui die 14 septembris an. 1733 communicabat S. Alfonso: « A Torni ho domandato consiglio se dovemo scrivere a Vienna intorno le cose di

mus «ex-sodalium», quia ex publicandis documentis nitebit quo pacto ille iam arcte adhaeserat servitiis S. Sedis diplomaticis ac commercialibus: quibus tandem permanenter addictus mense octobri an. 1736, sub tutela cardinalis Corsini petiit denuo Vindobonam ibique per triennium moratus est, procul a sibi invisa regione Salernitana, ubi coeva iustitiae tribunalia indagare tentarunt illius et in monasterio Scalensi influxum et in dioecesi Salernitana beneficiorum subreptionem.

Interea ex-sodales superstites RR.DD. Ioannes B. de Donato ac Vincentius Mannarini itemque alii ex Theano revocati defixerunt Tramontii novae Congregationis tentoria. Hunc in finem ex dono D. Thomae Giordano, parochi casalis Pietre, habuerunt (44) domum sat amplam (*un comprensorio di case*), cuius situm exactum collocandum esse credimus prope casalia Polvica-Gete, quatenus ex instrumentis publicis deprehendimus novum collegium proximum fuisse conventui Minorum Observantium eiusque adversarium acriorem devenisse Rev.dum D. Franciscum Cardamone, S. Angeli a Getis parochum. Apte centrum totius vallis geographicum exquisierunt, quin tamen facerent satis universis casalibus, separatis ab invicem propter praeruptam configurationem territorii supra a nobis adumbratam.

In hoc igitur vallis angulo nisi sunt illi totis viribus exsequi novae Congregationis programma, necessitatibus populi vere consentaneum, nempe in municipiis ruralibus atque in oppidis parvis obire eadem munia, quae in magnis urbibus Societas Iesu praestabat: edocere proinde pueros adolescentesque litteras ac christianos mores, fidelium mentes excolere piis meditationibus devotionisque exercitiis, sacramenta poenitentiae atque Eucharistiae administrare et verbum Dei evangelizare. Diversa porro, immo et adversa, graduatione conflatum cernitur S. Alfonsi systema apostolicum, scilicet opus Dei provehere, potissimum ope missionum, exercitia spiritualia domi forasque refovere, instructiones catechisticas multiplicare, Christi gregem ceteris sacerdotalibus ministeriis depascere. Quoad scholas S. Alfonsus primo Instituti

N.N. (*sic*), ed ancora non ho ricevuto risposta. Io inclino più al non scrivere che allo scrivere, per più motivi». *Analecta*, I. cit., 240. - De eiusdem Tosques subsequentibus itineribus ac promissis loquitur semel atque iterum P. Tannoia (*Vita*, I, c. 6, 102, 106), sed illius adserta concordanda sunt cum aliis documentis serius edendis et chronologicè repensandis.

(44) Primis mensibus aliam domum locasse videntur, testante die 7 maii Rev.mo Falcoia: «Ha fatto [Tosques] impegnare i Signori Sassi, perchè l'imprestassero la casa loro, per sin' a tanto che non si stabilisca l'altra casa: ed ivi ha portato le sue bazzecole il Sig. D. Vincenzo [Mannarini]». *Analecta* II (1932) 168.

triennio mansit quodammodo anceps: Scalae et in Villa Liberi ad tempus suscepit eas quasi traduces vocationum iuvenilium et tanquam claves opportunas ad conciliandam gubernantium civiumque benevolentiam erga novas fundationes. Nihilominus ab initio an. 1735 et deinceps orta est ac percrevit in Fundatore aversio circa scholas, etiam gradus inferioris, utpote disgregatrices virium in phalange sua missionaria (45).

Fideles itaque suis propositis PP. SS.mi Sacramenti optimos fructus Tramontii collegisse videntur in primo activitatis triennio, sub patrocínio quorundam civium, immo et municipum, quibus inerat cordi desiderium promovendi instructionem ac culturam coetus medii popularis. Favente hac publica opinione, moliti sunt illi an. 1737 exstruere a fundamentis novum collegium atque ecclesiam, quibus uterentur ad opera educationis et apostolatus firmanda ac dilatanda.

Tum vero, alii non pauci nec auctoritate orbi (46), qui ab initio sive Romae sive Neapoli obstiterant fundationi, contra ipsam quasi ad arma conclamarunt, in unum collatis viribus PP. Minorum Observantium ac quorundum parochorum. Ad nos, hodie circumstantiarum parum gnaros, minime pertinet iudicium instituere super rationibus, quibus impellebantur oppositores. Minus adhuc confert in trutinam reducere atque in ea pensare graves Curiae Amalphantanae decisiones: qualis v.gr. fuit supra dictis PP. bus retollere facultates ministeriales celebrandi sacrum, confessiones audiendi et apostolicis incumbendi praedicationibus (*Doc. IX*). Consequenter ac non subobscurè iubebantur e dioecesi aut saltem e valle Tramontii migrare, prout dolenter egerunt an. 1738, sese in domum Theanensem transferendo. Paulo mox fortasse sperarunt futurum fuisse ut in scholas regredi possent, propterea quod nonnulli municipales ac cives detulerunt causam regi Ca-

(45) Mense februario an. 1735 S. Alfonsus, scribens ad archiepiscopum amalphantanum super fundatione missionariis oblata in oppido Positano, clare significavit displicentiam suam quoad scholas: « V.S. Ill.ma avrà già saputo la pretensione de' Signori di Positano, che noi ci obblighiamo a far la scuola: pretensione che mi ha recata meraviglia, mentre sin dal principio l'aveva replicato tante volte che non posso ». *Lettere di S.A.*, I, 45. - Ex parte sua P. De Meulemeester, qui huius textus sensum novit et allegavit (*Origines*, I, 101), recenset pariter quasdam allusiones posteriores ad activitatem scholasticam: quae nihilominus manent temporanae. Cfr *Histoire sommaire de la Cong. du T.S. Rédempteur*, Louvain 1958, 44.

(46) Fortasse inter primos adversarios apud Curiam amalphantanam adnumerandus est Rev.mus Falcoia, qui die 7 maii an. 1733 monebat S. Alfonsum: « Si sono fatte le prevenzioni con Monsignor Arcivescovo d'Amalfi: ma non sò che ne riuscirà. Se non si da alla radice, la pianta s'avanzerà e non sò che frutta potrà produrre ». *Analecta* II (1932) 168. - Ipsemet S. Alfonsus connotat in suo primo *Codice Spirituali* (f. 5): « Tramonti. 1. - Potrebbe far partito. - 2. Vicino animo [?] discred[itat]o. - 3. Detto all'arc' di D. Silvestro. - Falcoia lo sa ».

rolo de Borbone. Sed in illis rei publicae adiunctis vana praespiciebatur sollicitatio, quandoquidem novellus rex eiusque consilarii nequibant a se abalienare Ecclesiae favorem, de quo nonnihil detraxisset quodlibet regis edictum, contrarium praefatis decisionibus Antistitis Amalphitani.

Dum hucusque dicta geruntur in valle Tramontii, S. Alfonsus propria incedens viâ invenerat tutum perfugium apud Iuranos (Ciorani) in provincia Salernitana, ubi an. 1738 coadunavit universos Instituti sui alumnos, antehac Scalae et in Villa Liberi dispersos. Amicitiae legamina, quae discedentibus an. 1733 suis ex-sodalibus versus Tramontium S. Alfonsus recidere noluit, perrexerunt posthac stringere membra utriusque Congregationis, donec transacto decennio parum abfuit quin ex Rev.mi Galiani Cappellani Maioris voluntate redintegraretur unio duplicis Instituti, olim lacerata ob Tramontii foundationem.

DOCUMENTA

I

*Can. D. Iulius N. Torni fit S. Alfonsi consiliarius (1732) in Regulis
Instituti plasmandis ac pollicetur suam protectionem*

AG I D 34. — Originale.

V[iva] G[esù]

Ill.mo e R.mo Sig.re Sig.re P.ne Col.mo

Non ho potuto contenere le lagrime nel leggere la stimatissima lettera di V. S. Ill.ma in cui mi ragguaglia delli gravi travagli che da per tutto l'opprimono, e non lascio di pregare il Sig.re, siccome spero sicuramente nella sua Paterna carità che le dia fortezza di spirito per soffrire con coraggio tutto ciò che intorno alla sua persona permetterà che succeda la sua sapientissima Provvidenza, e lume sempre maggiore per intendere la sua Divina volontà. Del resto V.S. Ill.ma non creda che io abbia verun sentimento di odio o di abborrimento verso la sua persona, che questo stimerei essere un'empietà. Io l'ho amato sempre la V.S. Ill.ma tenerissimamente ed ora tanto è lungi che il mio cuore si sia mutato, che le dico sinceramente che ora l'amo anche più di prima. Che perciò può V.S. Ill.ma scrivermi sempre che le piacerà e tutto ciò che vorrà: che a me saranno sempre carissime le sue lettere.

La nostra Congregazione parimente riconosce V.S. Ill.ma per uno de' suoi più cari fratelli niente meno che prima, e nemmeno intorno alla Cappellania si è dato niun passo, né si darà mai verun passo intorno alla sua

persona senza l'ordine espresso del nostro Emo. Sig.r Arcivescovo, avendo l'Em^a Sua così ordinato: onde V.S. Ill.ma seguiti a celebrar le messe per la d^a Cappellania fintanto che abbia avviso in contrario; ma stia sicuro che mentre sarò io Superiore e dipenderà da me, non si farà mutazione alcuna.

Intorno all'Istituto io spero che le cose si faranno secondo le regole che io così stimando nel Sig.re le ho comunicato (47), e che il tutto sarà approvato dalla Santa Sede Apostolica, acciocche l'opera appoggiata e fondata *supra firmam Petram* possa avere la sua stabilità.

S[uo]r Maria Maddalena (48) si pone a suoi piedi e non lascia nè lascerà mai di raccomandarla al Sig.re, ma io la veggo sempre costante negli stessi sentimenti altre volte comunicatili, nè può indursi ad acconsentire a' suoi disegni. Del resto io non ho di V.S. Ill.ma que' sentimenti così maligni ch'ella mostra di supporre nella sua lettera, e son persuaso che V.S. Ill.ma vuole operare per ottimo fine. Mi raccomando intanto alle sue orazioni, siccome fa ancora M^a Maddalena, e le b. d. la mano dichiarandomi per sempre

Di V.S. Ill.ma

Napoli 20 Xbre 1732

Il Segretario ora non così funesto [?] come prima dopo grave infermità ha preso nuovamente il suo impiego la prima volta per scrivere a V.S. Ill.ma; il che ha fatto con tutto suo gusto, conservando assai viva nel cuore la sua umile e tenerissima affezione verso la sua persona, che non lascerà mai di raccomandare al Sig.re nel S^o Sacrificio, sicuro della retribuzione delle sue scambievoli orazioni a cui molto confido.

[*Propria manu*:] Umil.mo e Divot.mo Servidore vero
Can^o Giulio Nicolò Torno

(47) Sublineandus venit interventus hic can. D. Iulii Torni, qui directe rem gerere cupiebat cum S. Alfonso tanquam potissimo Instituti propulsore. Aliter sentiebat et S. Alfonso suadebat Rev.mus Falcoia: « Sentire il Sig. can. Torni..., giusto, giusto, quanto basta per l'intento ». *Analecta* 11 (1932) 118. Item: « La cosa sua stà che vorrebbe star inteso di tutto e che si dipendesse da lui. Io non glie l'hò menata buona; con tutto ciò, lo farò inteso di qualche cosa che non importi ». *Ibid.* 163, etiam 166. - Inde exadversum lamentationes D. Iulii Torni ad S. Alfonso: « Le mie consulte sono in cotesta Comunità molto mal'intese ». Cfr infra *Doc.* VI.

(48) Monialis haec videtur eadem fuisse, scilicet Maria Maddalena Desio, de qua mentio fit in *Lettere*, II, 181. Huic subnectimus declarationem, quam D. Agnellus Coppola, sacerdos et confessarius neapolitanus, edidit in Processu Ordinario S. Francisci Xaverii Bianchi: « Era stato dotato [Bianchi] di una straordinaria virtù, e debbo credere che tale anche lo riputava il Beato [Processus fit. an. 1825] Alfonso Maria Liguori, giaché mi ricordo di aver sentito dal Venerabile [Bianchi] ch'era egli frequente a visitarlo e che era molto bene guardato dallo stesso, e che non so bene se prima di morire o prima di partire Liguori per il suo Vescovato lasciò alla cura del Ven.le una molto virtuosa penitente, monaca non mi ricordo di qual monastero, per nome Suor Maria Maddalena, la quale morì sotto la cura del Ven.le, ed era la medesima (per quanto mi diceva il Ven.le, stimo anche per bocca di Liguori), condotta dal Signore per una strada tutta straordinaria e difficile, qual era quella di continui dolori e di continui timori ». Arch. Vaticano, Riti, v. 1918, f. 127v.

II

D. Silvester Tosques die 21 dec. an. 1732 inhiat e Neapoli sese in Scalam transferre ibique cum S. Alfonso morari

AG I D 34. - Originale. — *Ad dorsum*: Al mio Sig.re P.ne Oss.mo il Sig.r D. Alfonso di Liguori. Scala.

Sia lodato Gesù e M^a

Di Napoli 21 Xbre 1732.

Fratello mio carissimo nel Signore. Ho fatto consignare al Padre Sparano la vostra, come avete ordinato. - D. Vincenzo sarà à quest'ora capitato nello stesso tempo che voi lo bramavate col Superiore, a chi dite che si è fatto inteso il Sr. D. Giovanni. - D. Giulio [Torni] è stato applicato alla missione di Chiaja, ove ha predicato le massime evangeliche colli articoli della fede assai chiaramente, e con profitto, e perciò non hò potuto parlargli: come farò tosto che possa e mi farò scappar di bocca la cosa della Cappellania.

Beato voi che patite per Gesù Cristo fame e freddo, come esso patì, e specialmente in questi tempi. Io sono indegno, D. Alfonso mio caro, et il Sig.re non mi vuole nella sua opera, come io hò bramato, e di vestir l'abito della sua Chiesa: vuole egli depurare le mie violente inclinazioni et io voglio fare la sua santissima volontà senza inquietarmi. Meritate voi dal Sig.re qualche ajuto alla mia debolezza, acciò che mi renda degno e forte di accompagnarvi e servirvi, seguendo le vestigia del nostro amabilissimo Gesù Cristo per bene delle sue anime.

In punto che scrivo mi capita un vostro plico, et in esso le due lettere per Suor Maria e per D. Domenico Letizia, e saranno recapitate come voi dite.

Circa la mora del miracolo di S. Gennajo, nulla hò da dirvi sopra à quello avravi narrato D. Vincenzo, e se voi vi foste trovato quì, forse vi avrei insinuato lo stesso: avea quella mora prodotto un certo moto di pentimento, ma poi assicurati dalla grazia siamo ritornati onde partimmo; e priegate per la mia sincera conversione, affinche si salvi l'anima pro qua Christus natus et mortuus est. Noli ergo desplicere: ora pro ea; et io da indegno non manco di farlo per voi. Quì si sente il freddo estrinseco et intrinseco; costì sarà di fuori, e dentro bruggiate [*sic*] per riscaldare il nostro Gesù nascente, in chi v'abbraccio. Riverisco il Superiore.

Viva Gesù, e Maria

indegno pecc[at]ore
Silvestro.

[*Ad folii latus subdit:*] Labore terreris? At nemo athleta sine sudore coronatur: et fides flamen non timet, scriveva S. Gir.mo ad Eliodoro; e l'Ap.lo: Non sunt condignae passiones huius temporis...

III

*Proregis decretum circa erigendum Pocarae Conservatorium
et circa eiusdem Statuta*

Arch. Curia, Amalfi, Tramontium, Acta civilia et criminalia, n. 77. - Arch. di Stato-Napoli, Statuti delle Congregazioni, fasc. 39-3: Conservatorio di Pocara.

In Archivo Curiae Amalphytanae prostat copia decreti, quo ex regio-palatio die 15 augusti an. 1676 prorex D. Ferdinandus Joachim Faxardus de Requessens y Zúñiga, marchio « de los Vélez » erigendum probavit Conservatorium sub conditionibus in eodem apposis. In Archivo autem Status servantur Statuta, qualiter post an. 1770 subiecta sunt expressae regis approbationi, sicuti eo tempore contigit universis piis locis atque congregationibus ditionis neapolitanae (49).

Ecce summa principalium conditionum, quae a prorege marchione « de los Vélez » intimatae sunt :

Primo: che il Conservatorio sia sotto la Reg^a Protezione del Re nostro Signore e del Sig. Vicerè..., il quale in suo luogo si degnerà delegarvi un Regio Ministro togato in Napoli per le cause e liti che occorreranno.

Secondo: che il titolo ed invocazione del Cons^o sia del glorioso Patriarca S. Giuseppe...

Terzo: si governi da quattro Governatori eligendi ogn'anno dal parroco di S. Erasmo e dal Mastro della Confraternita di S. M^a Maddalena...

...

Sesto: li Governatori si congregaranno ogni settimana nel Conservatorio.

...

Ottavo: abbiamo particolare cura del culto della Chiesa...

...

Undecimo: i Governatori eliggeranno ogn'anno una persona commoda, da bene, accreditata... con titolo di Depositario, in mano del quale entrerà tutto il denaro.

...

Quarto decimo: le Donzelle non siano minori di età d'anni 12, e maggiori d'anni 20, vergini in capillis.

Quinto decimo: le prime recipiende siano le sei figliole della casata Ricca, ed in difetto si ricevano sino al d^o numero senza dote.

Sesto decimo: l'altre figliole in numero che parerà alli Gov.ri debbano dare di dote ... doc. 300.

Decimo settimo: la recezione delle figliole si faccia con voto e parere uniforme di tutti li quattro Gov.ri.

Decimo nono: nell'ingresso delle figliole e nel pigliar l'abito si faccia poca o nulla pompa, e facendosene alcuna sia senza ostentazione e a spesa de' parenti.

Vigesimo primo: il modo di vestire sia di saja della costa in colore

(49) Re-colantur quae de Conservatoriis in genere non semel publicavimus. Cfr *Spic. hist.* 8 (1960) 131-137, 9 (1961) 243-246.

dedicato a S. Nicola, cioè lionato chiaro con abito, scapulario, saccanno e coperciario e capelli tagliati ad uso di monaca francescana.

Vigesimo secondo: il nome della monaca sia quello del proprio battesimo con il titolo di Suora. Le sorelle converse siano vergini in capillis.

Vigesimo quinto: volendo qualche figliola entrare per educazione ad tempus, sia ricevuta pagando doc. 36 l'anno, ogni semestre la metà anticipata.

Vigesimo sesto: Ogn'anno si debba eliggere dalli Gov.ri una Superiora con titolo di Priora, e sarà la più anziana ed idonea a tal ufficio: e parendo al Governo di confermarla per un'altro anno, resti ad arbitrio suo farlo, frapronendosi per appresso un biennio di spazio ad eliggere nuovamente quella che già è stata Priora.

N.B. - Pro futuro tempore praevidebatur officium in choro: interea praestituebantur diversae preces, litaniae ac rosarii recitatio.

IV

Fundatrices sese adscribunt monasterio Pocarensi atque spondent se in eodem usque ad mortem convicturas.

Arch. di Stato, Salerno, Prot. Not., Tramonti, v. 6923, Not. Andrea Santelia, an. 1733, f. 64v.

Die tertia mensis octobris millesimo septingentesimo tertio Tramonti, e proprie ante grates ferreas Realis Conservatorij sub titulo Divi Iosephi casualis Pocariae huius civitatis Tramonti.

Constituti nella nostra presenza la Madre Suor Bonaventura dello Spirito Santo e Suor Maria Illuminata della Verità, Monache in questo Real Cons.rio di S. Giuseppe, le quali aggono et intervengono alle cose infrascritte per esse loro, ...eredi e successori, da una parte.

Et il mag.co Giuseppe Santelia di questa città di Tramonti, al presente uno de' Governatori di detto Real Cons.rio, il quale similmente agge et interviene alle cose infrascritte, tanto in nome proprio, quanto come Procurator delli SS.ri Ignatio Baccaro, Antonio Vicedomini e Notar Giacinto Ferro, altri Governatori di detto Real Conservatorio, come da mandato di procura che nel presente atto s'inseriranno, necnon la Madre Perseverante di S. Anna, Priora di detto Real Conservatorio, la Madre Suor Maria Fortunata del Cielo al presente Vicaria, Suor Maria Gaudiosa dello Spirito Santo, Suor Maria Gaetana dell'Arcangelo, Suor Maria Splendida del Sacramento, Discrete, le quali intervengono alle cose infrascritte in detti rispettive nomi e di detto Real Conservatorio, posteri e successori Governatori, e Priore qualsivogliano in esso, dall'altra parte.

Esse Madre Suor Bonaventura dello Spirito Santo e Suor Maria Illuminata della Verità spontaneamente alla presenza nostra e di detto Governatore, in detti nomi, Priora e Discrete, non per forza e dolo, ma per ogni miglior via promettono e convengono di voler osservare la comunità perfet-

tissima, che al presente si trova in detto Real Conservatorio e si osserva dall'altre monache, anche delli panni senza segno, dare in mano alli SS.ri Governatori presenti e futuri di esso Real Conservatorio le annualità delle loro rispettive doti, vitalizij, fatighe, e tutto ciò che li potrebbe spettare d'interesse: e promettono altresì di non scrivere se non che a persone in primo e secondo grado a tenore della Regola. E similmente essa Madre Suor Bonaventura promette stare in questo predetto Real Conservatorio usque ad mortem da prima Professa, e cede altri jus del primo monastero del Santissimo Salvatore di Capri (50), da donde vende [= venne] a fondare questo Santo Luogo, dando per l'effetto tutta l'autorità bastante al Governo presente di poter ricuperare la dote que tiene e gode detto monastero di Capri, una colle annualità decorse dal tempo che detta Madre suor Bonaventura è uscita da quello per fondare questo predetto luogo sin oggi, a beneficio di questo medesimo Real Conservatorio, e così essa Madre Suor Bonaventura e Suor Maria Illuminata della Verità rispettivamente promettono osservare, e non altrimenti.

Et e contra esso Sig. Giuseppe in detti rispettive nomi e detta Priora e Discrete come sopra, promettono dare ad esse Madre Suor Bonaventura dello Spirito Santo e Suor Maria Illuminata della Verità tutte le sodisfattioni religiose à tenore della Regola, e che in caso quod absit, che detto Real Conservatorio si dimettesse, si debba tantum restituire à detta Madre Suor Bonaventura le sue doti: e nel caso che dovendosi dare dette sodisfattioni, debbano esse Madre Suor Bonaventura e Suor Maria Illuminata dirlo alla Madre Priora che sarà in questo Real Conservatorio, e questa sia tenuta conferirlo alli Signori del governo, acciò che questi diano le sudette sodisfattioni, sempre però à tenore della Regola; e così promettono rispettivamente, e non altrimenti. [*Pergit instrumentum suetis repetitionis formulis, et concludit:*]

Praesentibus Iudice m.co Notario Philippo de Vivo regio ad contractus, R.do P.re D. Hyeronimo Sparano, R.do D. Raphaelae Rispolo confessori [*sic*] dicti Realis Conservatorij, m.co Santolo Baccaro, m.co Iosepho Baccaro, D. Antonino Merolla testibus.

[*Adnectitur instrumentum procurationis:*] Noi sottoscritti Ignatio Baccaro et Antonio Vicedomini, due delli quattro Governatori residenti in Napoli del Real Cons^o di S. Giuseppe di figlie Vergini della città di Tramonti... facciamo Procuratore il Sig. Giuseppe Santelia... a potere in nostro nome intervenire nell'istromento stipulando con la Rev.da Madre Suor Bonaven-

(50) In ecclesia monasterii, ad sacristiae ingressum, lapis commemorativus post tria fere saecula adhuc recinit: « D.O.M. Iesu Christo totius orbis Salvatori / Huius sacri coenobii. amantissimo Protectori / D. Theresiae regularis disciplinae / Matri et Patronae / Templum hoc... ». - Nihilominus, quo tempore Fundatrices e Capri in Tramontium abierunt, asceterium Caprense potius erat Conservatorium quam Monasterium: « 2 dec. 1747. Capri. Al Vic^o Ap.lico. Nell'annesso Memoriale dato a nome della Priora e Monache Carmelitane del Conservatorio del SS.mo Salvatore... [*Dentur informationes:*] 1^o se il d^o Cons^o da erigersi in monastero sia provveduto delle necessarie officine... ». Arch. Vaticano, Vesc. e Reg., Regestum Monialium, 2 dic. 1747. Sine fol.

tura dello Spirito Santo e Suor Maria Illuminata vera [sic], al presente moniche in d° R.1 Cons° circa l'accettazione della Regola... Napoli 25 sett. 1733.

V

*Ineditae S. Alfonsi epistolae ad asceterium Pocarense
sexennio 1733-1739.*

Praenotamina.

1. - Prostat in Archivo Generali nostro (AG Epist. S. Alfonsi ined.) fascis undecim epistolarum, quarum publicatio fuit fortasse procrastinata, quia deficiebant quaedam elementa historica ad monasterii Pocarensis identificationem, posthac indubiam.

2. - Identificationem porro suadent argumenta externa huic articulo nostro incorporata, atque argumenta interna cuilibet legenti ponderabilia.

3. - Deest textus epistolarum originalis, quem remansisse coniectamus intra monasterii septa, crebrescente inter sanctimoniales devotione erga « magnum Dei servum Liguori ».

4. - Etenim post sextam epistolam legimus in transumpto hanc adnotationem: « Si sieguono le lettere del gran Servo di Dio Liguori ». Unde liquide eruitur copiam tractam ex originali fuisse, quo tempore inchoatus est processus beatificationis et probabiliter intuitu ipsius: idcirco ultimo decennio saec. XVIII aut initio sequentis.

5. - Copia praefata, etsi lectu facilis, adiudicatur manus imperitae, quae in transcribendo ignaviter immiscuit errores calligraphicos, a S. Alfonsi calamo ordinarie alienos.

6. - Tres epistolae retinent ex originali annum, mensem et diem, quibus datae sunt; quinque produnt solummodo mensem ac diem; tres denique tacent utrumque. Hanc lacunam implere conatus est olim sagax archivista generalis R.P. Fridericus Kuntz, cuius inductiones adferimus uncinis propositas, castigamus autem nonnunquam in notis.

7. - Stante igitur imperfectione copiae grammaticaliter sumptae, hodie dumtaxat defectus calligraphicos posthabuimus ac textum legibilem, quantum exactum, exhibemus.

1. - Viva G[esù] e M^a con G[iuseppe] e T[eresa]

[marzo 1733]

Io lunedì a sera sarò a trovarvi, e l'istessa sera spera di farvi la prima predica: apparecchiatevi a questi esercizi con orazioni e mortificazioni; anche ogniuna finisca di darsi tutta a Dio, e anche G[esù] e M^a ci concorrono.

Se la chiesa è finita, si fanno nella chiesa alla grata della communione, dove farete trovare apparecchiata la bella vostra Mamma M^a; e dite al Confessore che vogliamo far anche l'esposizione del SS.mo nella meditazione: onde voglio che esso ci assista; dirò al P. Superiore il desio della pred^a.

sulla Montagna. Pregate il Sig.re per me miserabile in questi giorni, che il Sig.re mi fa star molto tribolato.

Viva G[esù] M[aria] G[iuseppe] T[eresa].

2. - Viva G[esù] Giuseppe M^a e Teresa

Scala 13 lug^o 1733

